


Gospel for the Feast of the Holy Innocents

Tonus evangélii

D


Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

I


-n illo témpore: Angelus Dómini appáru-it in somnis Joseph, dicens:




Surge, et áccipe pú-erum, et matrem ejus, et fuge in Aegýptum, et esto




ibi usque dum dicam ti-bi. Futúrum est enim, ut Heródes quærat



pú-erum ad perpéndum e-um. Qui consúrgens accépit pú-erum, et




matrem ejus nocte, et secéssit in Aegýptum: et erat ibi usque ad óbitum



Heródis: ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per Prophétam




dicéntem: Ex Aegýpto vocávi Fí-li-um me-um. Tunc Heródes videns



quóni-am illúsus esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídit




omnes pú-eros, qui erant in Béthlehem, et in ómnibus fínibus ejus, a



bimátu et infra, secúndum tempus quod exqui-sí-erat a Ma-gis. Tunc



adimplétum est quod dictum est per Jeremí-am prophétam dicéntem:



Vox in Rama audí-ta est, plorátus, et ululátus multus: Rachel plorans



fí-li-os su-os, et nóluit consolá-ri, qui-a non sunt.